

fatemur atque testamur: Quod predicto die dompna Pasca f. qd. Magistri Iohannis et relicta qd. Maraldicii concivis nostra sollicita meditacione advertens intrinsecis mentis sue quod nil morte est certius nil incertius hora mortis in sane mentis Rectitudine et corporis convalescentia constituta et timens ne ab intestata decederet et Bona sua omnia Indesposita Remanerent, dicta mulier prius a me predicto Iudice legaliter inquisita et absoluta in toto huius scripti continentia consensu quoque et auctoritate franci f. qd. Iohannis de Ambrosiana consobrini agnati et legiti mundualdi sui ut dixit, Rerum suarum omnium in eadem nostri presentia sibi condidit codicillum seu dispositionem extremam quam et quod valere voluit iure Codicillorum alterius ultime voluntatis, Cassans et irritans omnia testamenta seu Codicillos olim facta *etc.* Et inter cetera contenta in Codicillo suo predicto legavit Monasterio Sancte Clare in Barolo Ius annui Census Tarenorum auri quinque debitorum eidem dompne Pasce anno quolibet per Iohannucium f. qd. Colucii palmenterii super vineis duabus et ordinibus viginti sitis in pertinentiis Baroli in Cluso sancti viti inter hos fines iuxta vineas philippi de Nicastro iuxta vineas Ugolini camporis iuxta vineas Marcucii de Mango et alios confines cum Infrascripto pacto videlicet quod dictum Monasterium seu Moniales ipsius Monasterii habeant et percipiant dictum legatum Ius annui Census tarenorum auri quinque debitorum anno quolibet eidem dompne Pasce per eundem Iohannucium et eius heredes, iuxta eorum arbitrium voluntatis et pecunia exinde percipienda per infrascriptos Examinatores dentur in subsidium expensarum passagii Terre Sancte quando fiet ut superius est expressum. Item fecit statuit et ordinavit Epitropos Executores et distributores presentis sui Codicilli seu ultime dispositionis dompnum Bartholomeum Cantorem, dompnum Matheum de Sanctoro, dompnum Angelum Andream et Iaconum Umfredum de Cuculo Clericis Maioris Ecclesie Sancte Marie de Episcopio, quibus et cuilibet eorum in solidum dedit et concessit cum consensu q. s. plenam et liberam potestatem ac speciale mandatum capienda propria auctoritate eorum omnia bona sua et specialiter omnia suppellectilia domus sue ipsaque incontinenti vendendi cuicumque voluerint et de pecunia inde percipienda predicta omnia et singula legata exequendi ut in predicto Codicillo sunt expressa quod autem superius in octava linea ubi legitur, mundualdi sui ut dixit, abrasum et emendatum apparet nemini vertatur in dubium quia Ego idem notarius cum notitia et conscientia predicti Iudicis et infrascriptorum testium abراسi scripsi et emendavi non vitio set quia scribendo erravi. In cuius rei testimonium *etc.* et cautelam presens publicum instrumentum exinde factum est *etc.* Quod scripsi Ego predictus Marinus publicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo consueto signo signavi. (*Segno*).

† Umfredus de Laurecta q. s. Iudex. (*Segno*).

† Abbas bartholomeus Cantor baroli testatur.

† Petrus de sancto petro prior testatur.

† Ego dompnus francus de lilla testor.

† Diaconus nicolaus Iohannes testor. (*sic*).

† Ego jaconus de vellus (*sic*) testor.